THEOLOGISCHE SAMMELHANDSCHRIFT

Salzburg (?), Mitte 15. Jh.

Seite 161v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8263
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

et non ipsi nos et hoc alios modos In
manuali suo dicit ad dominum Si totum
mundum libri repleant maiestatem
tuam exprimere non sufficient Tu
es quo melius excogitari non potest
qui omnem creaturam sine labore gubernas
Vel est quod cunctis ordine tui imperi-
um Tamen hec via superlativa que
in re est affectiva Ascribitur ei spe-
cialiter quia in orationibus et medi-
tacionibus suis utitur illo modo superla-
tivo gradus alloquens dominum O per-
um amantissime dulcissime etc Et
in libro de visione dei dicit Ex gradu
perfeccionis et boni est in creaturis
hoc excellentissime in creatore
quia ab illo fluit Unde faciens
Sicut venator videns vestigium
fere Non est contentus solo vesti-
gio quod eum non possit saciare
Sic prudens contemplator videns
aliquod bonum in creatura elevat cor
suum in creatorem Verbi gracia videt
pulchritudinem siderum florum arborum
vestium purpure gemmarum metallorum
dicit intra se Si illa tam delecta-
bilia sunt O quam delectabilis et
desiderabilis est creator talium quia
quicquid est perfeccionis in causato hoc
excellencius est in causa Immo in cau-
sa excellentissima et universalis-
sima est excellentissime Sic videns
hominem virtuosum caritativum pium
fidelem dicit elevando se si cuius-
bus ille ita laudabilis est quanta
laude est dignus fons et origo
eius Et sic exaltare dominum per su-
perexcellenciam Et in superlativo di-
cens sibi Hanc tabulam premit-
tendo O pro elevacione et in fine
pro reverencia deus vel pater vel domine

Tabula Alphabeti

A O Amantissime pater
B O Benignissime deus
C O Clementissime domine
D O dignissime pater
E O excellentissime deus
F O fidelissime pater
G O gloriosissime deus
H O habundantissime domine
I O innocentissime deus
K O karissime pater
L O largissime domine
M O mitissime deus
N O nobilissime domine
O O omnipotentissime deus
P O preclarissime pater
Q O quietissime domine
R O rectissime deus
S O sufficientissime pater
T O tutissime domine
V O utilissime deus
X O xpianissime pater

De via orativa Capitulum 13m

Postquam in meditatione exardescet
ignis devocionis tunc assurgit in
allocucionem dilecti per viam orativam
Et capio hic oracionem non solum pe-
titorie sed generaliter pro laudatoria vin-
dicativa et cetera Unde homo non semper
eodem modo afficitur circa dilectum suum
sed nunc petit aliquid ab eo nunc laudat
in ympnis et psalmis et canticis
Nunc admiratur venerando Nunc adora-
do Nunc benedicit Nunc glorificat Gracias
agit confitetur exaltat et superexaltat
Sed aut oracio est brevis secundum verba sed
longa secundum affectum Ita quod si cor
non orat parum lingwa laborat De
brevitate oracionis dicit beatus Benedictus
in regula quod debet esse brevis nisi
ex affectu protendatur De hac habetur
in vitas patrum Quod quidam pater
docuit aliud orare nisi hec verba Qui
creasti me sicut scis et vis miserere mei
Idem habetur de beata Thaysi Cum
peterent a patre oracionem Et ille dicit Qui
creasti me miserere mei Unde et [illegible]